

troitus patet in sinum Guttar, vel paulo prius quam Noa Point. Vinc. p. 231.

7. πόλιν μικρὴν] Urbs ista sine nomine sita forte fuit in occidentali littore sinus Guttar. Vinc. p. 232. Mannerto Tom. V. Part. II. p. 30. hujus urbis, non deserti illius, nomen Kyiza fuisse vi-

detur, et hodiernum ejus nomen esse Tiz. Sed Tiz est Canasida Arriani; et in his rebus magis sequor Vincentium, qui meliores earum regionum descriptiones geographicas habuit.

8. Erat Archias etiam ex trierarchis; vide supra 18, 3.

XXVIII. Προσάγοντι δὲ 1
αὐτῶν πρὸς τὰ τείχιστα Φιλίως,
ξένια ἔφερον ἐκ τῆς πόλιος,
θύννης τε ἐν κριβάνοισιν ὀπτῆς
(ἔτοι γὰρ ἔσχατοι τῶν Ἰχθυο-
φάγων οἰκέοντες πρῶτοι αὐ-
τοῖσιν ὠφθησαν οὐκ ὠμοφα-
γέοντες) καὶ πέμματα ὀλίγα,
καὶ βαλάνους τῶν Φοινίκων.
Ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἀσμένως δέ- 2
κασθαι ἔφη, ἐθέλειν δὲ θεή-
σασθαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ εἶων
παρελθεῖν. Ὡς δὲ εἴσω πυ- 3

XXVIII. Quumque amice
ad muros appelleret, oppi-
dani hospitalitatis ergo do-
na, thynnos nimirum in
clibanis tostos (hi enim ex-
tremi Ichthyophagorum pri-
mi visi sunt, qui crudis
piscibus non vescerentur)
atque placentulas paucas et
palmarum caricas adfere-
bant. Quae quidem Near-
chus se libenter accipere
dixit; cupere vero urbem
visere: quod quum nec illi
recusarent, quum jam por-

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXVIII.

1. πρῶτοισιν αὐτοῖσιν ὠφθησαν — Forfan scripsit Arrianus πρῶτοι, *primi ipsis visi sunt*; ut ita eleganter ultimi ἰχθυοφάγων, *primi autem οὐκ ὠμοφαγέοντες* dicantur. Raph. Non forsan, sed absque omni dubio sic scripsit Arrianus, ut ex optima Raphelii conjectura emendavi. Ineptum enim esset, si Arrianus dixisset, primum Macedones vidisse, eos non crudis piscibus vesci. Sequitur etiam Schmid in versione sua hanc emendationem; editiones vero omnes in vulgato conspirant.